Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



73

Nisi forte hinc rursus quispiam moueatur. Cum mathdicerit Ideo timuisse Ioseph cum puero redeunte in iudeam quia pro patre suo archelaus filius eius ibi regnabat quomodo potuit ire in galileam ubi alius filius eius herodes tetrarcha erat sicut lucas testatur quasi uero ipsa sint tempora quibus tunc puero timebatur quae nunc lucas commemorauit quae eusq; adeo mutata erant ut in ipsa iudea nomina tantum esset archilaus sed potius pilatus qui non tantum iudeorum sed praeesset eiusdem temporibus gentes sub tiberio caesare filium autem heroidis non tantum regnum habebat sed tetrarchian quoque nondum factum erat quando ioseph timens archilaum in iudeam regnantem se in galileam cum puero contulit ubi et ciuitas eius erat nazareth.

CVIIII. Quomodo dicat matheus Ideo isse in galileam Ioseph cum timuisset xpo quia audiuit archelau pro suo patre regnare in hierusalem cum lucas dicat Ideo isse in galileam quia ibi erat nazareth ciuitas eorum.

Nisi forte et hoc mouet quomodo dicat matheus propterea cum puero ihu parentes euasisse in galileam quam et archilai in iudeam ire noluerunt cum propterea magis isse in galileam iudeantur quia ciuitas eorum erat nazareth galilaea sicut lucas nouit. sed intellegendum est. ubi angelus in somnis in aegypto dixit ad ioseph surge et accipe puerum et matrem eius et uade in israel. sic intellectum esse primo a ioseph ut putaret iussum esse pergere in iudeam ipsa enim primitias intellegi potuit terra israhel. Porro autem postea quam comperit illic regnare filium herodis archelaum noluit obire se illi periculo cum posset terra israel etiam sic intellegi ut et galilea illic deputaret.